

1. Rous / Joh. Reinh. / diff. de serpente se-
ductore non naturali sed solo diuicolo
iend 1712
2. — diff. de vario Modis in Montem Sinai
ascensu, iend 1716.
3. — diff. de iudaea rebus gestis et
miraculis Christi clara, iend 1733.
4. — diff. de veris sectatoris Jesu Christi
requisitis, iend 1733.
5. Rurmeyer v. Mich. Christ. / diff. de Ara-
ne, viro sancto, tribus Levi, typo
Christi, Gryphid. 1738.
6. Souerbreij v. Joh. / diff. de Deo uno et
trino, 1698.
7. Schackeri v. Jac. / diff. de septem Spiri-
tibus a Joh. Theologo celebratis
Lip. 1736.
8. Schelzuigg v. Sam. / diff. de dono fidei
justificantis, 1739.

IN GLORIAM DEI!
EXERCITATIO THEOLOGICA
DE

**DONO FIDEI
IUSTIFICANTIS**

AD DICTVM CLASSICVM EPHES. II, v.8.

(Denn aus Gnaden send ihr selig
worden, 2c.)

CONTRA
CASPAR. ERNEST. TRILLERVM

QVAM
IUVANTE GRATIA DIVINA
SVB PRAESIDIO
VIRI SVMMME REVERENDI

DN. SAM. SCHELVIGII

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ATHENAEI RECT.
ET AD S.S. TRINITAT. PASTORIS

*GAMALIELIS SVI AETATEM COLENDISSIMI
IN ACROATERIO MAXIMO*

PVBLICAE ΣΤΖΗΘΕΕΙ' SISTET
JOHANNES Gottfried DRAVE
BELGARDIA-POMERANVS.

RECUSA ANNO MDCCXXXIV.

(5)

IN GEORGIA BEN.
EXERCITATIO THEOLOGICA
DE

DONO FIDELI
IUSTIFICANTIS

Quod unum est deum
in veritate, etc.

CASPAR ERNEST TRILITERTM

IVANTE GRATIA PIVNA

SUB PRÆSIDIO

UNIVERSITATIS

DR. SAM. SCHELLEVICII

ET AD S. TRINITATE PASTORIS

ANNIVERSARIUM

IN UNIVERSITATE

TRINITATIS

JOHANNIS GEORGII BRAYE

BECCARIA WORMANNI

ANNO 1771





IESV BENEDICENTE!

ΠΡΟΤΑΙΟΝ.



Cerrimum illum veritatis Evangelicæ, ad-
versus Hæreticos antiquiores, Defenso-
rem, Polycarpum, Smyrnensem quon-
dam in Asia minore Episcopum, quo-
ties exulcerati sui seculi in pejus muta-
tos mores, ac imprimis novos in Eccle-
sia Christi subortos errores inaudierit,
ex imo pectore ingenuisse ferunt: *O
bone Deus! in qua me tempora reserva-*
sti. Conf. *Eusebius L. V. Hist. Ecclesiast. c. 19.* Præclaram sane
vocem, & tanto Ecclesiæ Doctore longe dignissimam! Quodsi
enim Hæresis omnis gangrænæ est similis, 2, Tim. II. 17. & Hæ-
retici rebus maxime noxiis, utpote ranis, Apoc. XVII. 13. canibus,
Phil. III. 2. zizaniis, Matth. XIII. 25. 38. seq. &c. a Spiritu Sancto
comparantur: quisnam inficias iverit, æquum justumque esse,
ut, iis invalescentibus, pii imprimis Ecclesiæ Doctores tempo-
rum suorum deplorent infelicitatem? Atque hoc Sancti hujus
Martyris tempore tanto magis necessarium erat, quanto plus in-
felicitis novorum Hæreticorum lolii, in agro Ecclesiæ, tunc domi-
nari cœpit. Nihil de Valentino, Cerdone & Marcione, illis Sa-
tanæ filiis, dicam; pessimis hisce multo pejorem Carpocratem
produxisse sufficiat, utpote, qui præter nefanda dogmata, magi-
am & incantationes, imo omne genus libidinum non permisit
solum, sed &, tanquam viam ad perfectionem ducentem, man-
davit

davit, sola hominum opinione discerni bona & mala statuens: Et sceleratissimorum ejus discipulorum, qui Gnosticorum nomen sibi imposuere, fœda & pudenda dogmata, quis sine horrore recensere, quis audire possit? Vid. *longe celeberrimi Dn. D. Ittigii*, Ecclesiæ nostræ Luminis, Columnisque Lipsiensis Academiæ, *Dissertatio de Hæresarchis ævi Apostolici, Sect. II. c. III. V. VII. IX.* Quam, quam autem hac nostra ætate, Ecclesia Christianon amplius memoratorum Hæreticorum telis exposita est; nihilo tamen minus eis, qui pro adserendo servandoque purioris doctrinæ deposito laborant, ob innumeralia, quæ ex orco prodeunt, perniciofa dogmata; necessitas ineumbit, illud Polycarpi sapius iterandi. Idque eo magis, quo certiores ex sacrarum literarum Pandæctis reddimur, tanto majori ira ultimis hæc temporibus Caodæmonem adversus nos æstare, quanto brevius sibi superesse spatium temporis novit, Apocal. XII. 12. Omne equidem heterodoxiæ genus serio derestatur Deus; quippe qui, ut omnes atque singuli ad agnitionem veritatis perveniant, discipit, 1. Tim. II. 4. Certissimum tamen est, quod ex iusta in eos, qui, neglecta doctrinæ sanitate, & novitates propendent, (Actor. XVII. 21.) ira, quandoque capistrum Satana laxet, ut impleatur vaticinium Pauli: *Quoniam claritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacis, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt impietati,* 2. Thess. II. 10. 11. 12. Atque hoc iusto Dei iudicio factum quoque est, ut proximis abhinc annis, innumera fere aut recens excogitatorum, aut ex inferno revocatorum errorum genera, nostram quoque Ecclesiam invaserint, turbarint, lacerarint; quæ quoad magnam sui partem ex latebris protracta, & ad divinæ veritatis lancem debite examinata videri possunt in *Summe Reverendi Dn. Præsidis, Gamelielis mei ætatem colendissimi, Synopsi Controversiarum, ejusque Supplemento; nec non in illiusmet Wigandiani & Pietismo Sectario.* In vernacula lingua idem saxum gloriose volvit *Magnificus Dn. D. Job. Frid. Mayerus, in Concione Inaugurali D. Præfati Dom. X. p. Trin. anno 1708.* eloquentissime habita, quæ utinam ab omnibus, quibus veritatis studium curæ cordique est, legeretur, & qua par est diligentia commendare

daretur! Falsis hujusmodi dogmatibus, annumerandum venit, quod non multis retro annis infeliciter propullulavit, *Fidem scilicet justificam & salvificam non esse donum Dei.* Cujus quidem Asserti Auctor nomen suum initio reticuit, in Parte I. Libelli, anno 1699. Gedani, (quod fingebatur,) excusi, sub titulo: *Untersuchung etlicher Dertter des neuen Testaments, die, wegen bisher übler Uebersetzung, die Wahrheit aufgehalten haben:* Ipsum vero vocari *Casparum Ernestum Trillerum*, Scholæ Ifeldensis, in finibus Hercyniis, Rectorem, (qui ob impugnatam Christi pro totius mundi peccatis satisfactionem, nostramque de justificatione doctrinam in dubium vocatam, atque alia portentosa dogmata, ab officio suo depositus tandem est) cum ipse prodidit, anno 1702. parte libri altera, & anno 1703. nova Versione novi Testamenti Germanica evulgata; tum Dn. *Gustavus Georgius Zehnerus*, S. Theol. & LL. Or. Professor P. Altorfusus, in Dissert. Theol. de *novis Bibliorum Versionibus Germanicis. non temere vulgandis*, c. I. §. 14. p. 17. Summam hujus erroris in Libelli jam citati P. II. p. 105. Auctor ipse verbis sequentibus exposuit: *Das GOET dem Menschen den seligmachenden Glauben gebe, ist zwar eine gemeine Meinung, wird aber nun nach der heiligen Schrift ganz anders gezeigt und erwiesen.* Nova hæc hætenusque in Ecclesia nostra inaudita, imo periculosissima doctrina, digna mihi visa fuit, in qua disquirenda refellendamque mei quid valeant humeri, & quid fere recusent, exploratum item. *De Dono itaque Fidei justificantis ea nunc agere methodo constitui, ut in Sectione priori, qua Exegetica futura est, dicto Paulino Ephes. II. 8. fundamentum ponatur; cui deinceps in Sectione posteriori Tractatio Controversiæ hujus Polemica, tanto facilius feliciusque superstruatur.* Faxit autem Divinum Numen, ut vergant omnia in Nominis sui gloriam, veritatis assertionem, & erroris confusionem!

SECTIO I. EXEGETICA.

I.

Dictum Paulinum, ex Ephes. II. 8. jam pertractandum, sequentibus in Textu authentico conceptum legitur verbis: τὴ γὰρ

χρεῖτι ἔστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τὸτο οὐ ἐξ ὑμῶν
 θεοῦ τὸ δῶρον. Quae verba in *Versione Vulgata Latina* sic translata
 habentur: *Gratia enim estis salvati per fidem: Et hoc non ex vo-*
bis: DEI enim donum est. Theodorus Beza ita vertit: *Gratia*
enim estis servati per fidem, (Et hoc non ex vobis: sed DEI donum
est.) Arias Montanus, in *Versione interlineari*: *Nam gratia estis*
servati per fidem: (Et hoc non ex vobis: DEI donum.) Sebastianus
 Schmidius in *Collegio Biblico posteriori*, p. 243. *Gratia estis sal-*
vati per fidem: (Et hoc non ex vobis: DEI donum.) Lutherus
 Germanice transtulit: *Denn aus Gnaden seydt ihr selig*
worden, durch den Glauben, und dasselbige nicht aus
euch, GOTTes Gabe ist es. Piscator in *Bibliis Herboren-*
ibus: *Dann, aus Gnaden seydt ihr selig worden, durch*
den Glauben: (und dasselbige nit aus euch: GOTTes Gaa-
be ist es.)

II. Quis *Scopus* horum verborum sit, particula causalis γὰρ
 non obscure indigitat, atque ex eorum cum antecedentibus nexu
 satis manifestum est. Prolixa scilicet ad Deum gratiarum actio-
 ne præmissa, pro beneficiis spiritualibus, tam fidelibus quibus-
 cunque, c. I. v. 3. - - 14., quam nominatim Ephesius largissime
 exhibitis, ibid. 15. & 16., votoque pro horundem ulteriori illu-
 minatione nuncupato, ibid. v. 16. - - 23. ad magnitudinem
 divini beneficii, in conversione Ephesius præstiti, deprædican-
 dum, c. II. ita progreditur Apostolus, ut statum eorum dupli-
 cem, alterum ante, alterumque post conversionem, vivis quasi
 coloribus depingat, quo sic utriusque comparatione instituta, di-
 vine excellentia gratiæ tanto clarius dispalesceret. Ratione sta-
 tus præteriti non cum mortuis solum eos comparat, v. 1. & 5.
 omnem hoc ipso iis, cum quibus agit, boni alicujus spiritualis
 agendi virtutem penitus adimens; sed & homine mortuo longe
 eos deteriores tunc fuisse docet, quod is nihil prorsus efficere va-
 leat; ipsi vero antehac, maligno instigante Spiritu, ad quodcun-
 que flagitiorum genus perpetrandum manibus pedibusque, &
 plenis, quod dici solet, velis contenderint, atque hinc gravissi-
 mam Numinis justissimi offensam incurrerint, non nisi æternis
 expiandam supplicii, v. 2. & 3. Quoad statum autem præsen-
 tem,

tem, hominibus ex morte in vitam revocatis eos assimilat, spiritualem ipsorum vivificationem seu controversionem divinae gratiae v. 4. & 7. Christique merito, v. 5. 6. 7. in solidum tribuens, eo-que tacite negans, quod in eo quippiam propriis ipsorum viribus praestitum fuerit. Atque hoc in Oraculo nostro, in frontibus pariter & Versionibus aliquot jam exhibito, triplici potissimum ratione confirmatur: (1) Quod ex sola Dei gratia salus Ephesius obtigerit, adeoque non ex ipsorum virtute, aut merito: (2) quod non ex operibus, sed sola fide in Christum sint salvati; & (3) quod nec ipsa fides sit res liberi eorum arbitrii, sed dono Dei gratuito, illam per Evangelii praedicationem in ipsorum animis excitantis, augmentis & roborantis, unice accepta ferenda, ac proinde omnis gloriandi, suaeque opera & merita jactandi materia iis penitissime sit praecisa.

III. Ex hisce clarissime patere arbitror, quodnam *Argumentum*, & quis sensus horum verborum sit. Ita nimirum Paulus Ephesios, ab impietate Ethnica ad fidem Christianam controversos, affari voluit: *Nemo vestrum, o mei! eo arrogantiae procedat, ut praesentis post controversionem suam status felicitatem suae ipsius virtuti ac dignitati tribuere praesumat. Divinae enim gratiae gloria haec unice competit; nulli vestro operi ac merito, quae ipsam in animis vestris excitavit fidem, qua antea tantum apprehendistis thesaurum eundemque pressis adhuc dum tenetis manibus.*

IV. Verum haec luculentius constabunt, si, e praesenti dicto Apostolico, ejus primo *Subiectum*, & deinde *Praedicatum*, enucleando aliquanto penitus indagaverimus.

V. *Subiectum* in hoc nostro versiculo, idque immediatum, sunt illi, ad quos Paulus hanc Epistolam exaravit, videlicet Ephesii ad Christum conversi, quos in praemissa *ενισχυθη* c. l. v. i. sic alloquitur: *Paulus, Apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, Sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Jesu.* Hos sicut in antecedentibus hujus Idi capitis versiculis a praeterito ipsorumque conversionem antegresso statu descriperat: Sic hoc loco in illo nos statu considerat, in quo per Dei gratiam conversi, Christi beneficiorum omnium, quotquot in vitam hanc caducam cadere possunt, in Ecclesia Christiana per veram fidem jam dum facti

facti erant participes. Ut vero proxime & immediate hæc ad Ephesios spectent: propterea tamen cæteri fideles minime hic excluduntur; utpote quibus fides & vita æterna pari modo, ac Ephesiis, gratis a benignitate divina conferuntur, atque hinc illi, sicut in reliquis Apostolorum scriptis θεοπνεύματος; ita & in hac Epistola, pro Subjecto mediato recte habentur. Hoc Paulus ipse indicatum ivit, calamum suum ita attemperans, ut, quæ in secunda persona prius scripserat, de Ephesiis, postea mutato sermone genere, de se ipso quoque cæterisque fidelibus in prima persona pronuntiet, ac deinde denuo orationem suam ad Ephesios dirigat. Conf. v. I. 3. 5. 6. 8. 10. II. 14. 17. 18. 19. Hinc recte Augustinus L. I. contra Cresconium c. 9. *Memento Apostolicas Epistolas non eis tantum scriptas, qui tempore illo, quo scribebantur, audiebant; sed etiam nobis. Non enim ob aliud in Ecclesia recitentur.*

VI. Sic Subjecto paucis evoluto, nunc de *Prædicato* sermonis Apostolici paulo prolixius nobis erit agendum. Illud duplex in Oraculo nostro deprehenditur, *Ephesiorum* scilicet *Salvatio*, hisce a Paulo indicata verbis: *Gratia salvati estis per fidem: eorumque fidei Donatio*, verbis subsequenter proposita: *Et hoc non ex vobis; Dei donum est.*

VII. Quod ad *primum* nempe *Ephesiorum* *salvationem* attinet ejus (1) *Causa efficiens*, (2) *Forma*, & (3) *Tempus* in adductis verbis ab Apostolo exhibetur.

VIII. *Causa Efficiens* alia *movens* seu *impulsiva*; alia *agens* est. Ut vero *causa movens* in internam & externam; ita *agens* in principalem & mediam subdividenda erit.

IX. *Causa movens interna* gratia Dei est, quam in Textu authentico vocabulo græco *χρης* diserte invenimus expressam. Nomen autem hoc, quod a *χρησ* deductum quidam volunt *πρόσχυρον* est, variasque in sacro codice sustinet significationes. Accipitur namque pro beneficio in genere, 2. Cor. I. 15. pro gratiarum actione 1. Cor. X. 30. pro dono Dei *παραχρησ*; sic dicto; 2. Cor. I. 12. pro sinceritate & comitate sermonis, Coloss. IV. 6. pro doctrina gratiæ, sive Evangelio Legi opposito, Hebr. XIII. 9. pro beneficentia & elemosyna, 2. Cor. IX. 4. pro donis gratiæ Spiritus Sancti, Joh. I. 16. Ephes. IV. 7. 1. Petr. IV. 10. Quæ tamen signi-

significationes omnes hoc loco sunt alienæ. Quemadmodum nec accipiendum hic est vel pro illis naturæ humanæ donis, quæ homini per naturalem procreationem & generationem sunt a Deo indita, uti olim Pelagius voluit; vel pro dono illo supernaturali, quo mens & voluntas hominis regenerata Legi divinæ debitam obedientiam præstare queat; sicut Scholasticorum cohors contendit; vel pro inhærente nobis qualitate, infusoque charitatis habitu, qui credentibus Spiritus S. donatione obtingat, & cujus merito postmodum fiat, ut renati justificentur; quemadmodum Bellarminus & plerique alii Doctores Pontificii vocem illam interpretantur; vel pro dono Dei in homine, prout Quakeri statuunt. Conf. *Hutteri Expl. Libr. Concordiæ, Art. III. membr. III. de Causis Justificationis nostræ*, p. m. 319. seqq. *Dietericus in Instit. Catechet. L. de Justificatione*, ad qu. 5. p. m. 599. *Lyseri Syst. Theol.* p. 1091. *Summe Reverendi Dn. Præsidiis Quakerismus Confutatus, Art. I. Hypoth. I. p. 478. & Antiq. I. p. 479. Barthol. Battus, L. I. de Justificat. c. V. p. m. 40. seqq.* Sed intelligitur nomine Gratia benignus Dei favor erga peccatores, non in otiosa animi complacentia consistens, sed secum importans propensionem intensissimam efficacissimamque ad conferendum a Dei parte ea, quæ faciunt ad procurandam salutem omnium. Hoc quippe sensu τὴν χάριτος nomen in Scripturis semper occurrit, quoties, prouti hoc loco fit, de justificatione & salvatione hominis peccatoris ex instituto agitur, e. gr. Rom. III. 24. c. XI. 6. Ephes. I. 7. Tit. III. 7. Quod vero & nunc idem obtineat significatum, id vocis hujus Synonyma, ab Apostolo in antecedentibus adhibita, satis dilucide ostendunt. Quod enim hic gratiam vocat, idem ibi appellat (1) *Dei misericordiam*, v. 4. (2) *immensam ejus charitatem, qua dilexit nos*. ibid. (3) *bonitatem ejus erga nos in Christo Jesu*. v. 7. Ecquis autem adeo demens esset, ut Dei misericordiam, immensam charitatem, bonitatem, & per consequens etiam gratiam erga nos, pro qualitate haberet, homini aut a natura ipsa, aut a Spiritus S. operatione inhærente, cum ea omnia Dei ipsius attributa sint, ejus essentia ex parte rei

B

iden-

identificata? Scilicet de illa *gratia* sermo hic est Apostolo, quam 2. Tim. I. 9. dixit *nobis* (nimirum ratione divini decreti & predestinationis) *donatam esse in Christo, aut tempora secularia*. Quicquid autem ante tempora secularia, nobis, utpote nondum existentibus, datur; illud minime inhaerens nobis qualitas, ac infusus charitatis habitus esse potest. Dubium ergo nullum est, quin hoc loco vocabulo illo causa movens interna, quæ & *πρόνοια* dici consuevit, designetur, ille scilicet affectus benignissimus, qui interne Deum permovet, ut Ephesios e Satanae faucibus eriberet, æternumque salvaret.

X. Non interna vero tantum salvationis ipsorum causa Impulsiva, sed etiam *externa*, Salvatoris nempe nostri meritum, sub nomine illo continetur. Propter Christum enim Deus nobis propitius est, qui obedientia sua, tam activa, quam passiva, divinam placavit iram, 2. Cor. V. 18. 19. cui totum genus humanum natura post lapsum erat obnoxium Ephes. II. 3. Hoc verba Pauli antecedentia luculentissime testantur. Quid enim *convivificare cum Christo*, v. 5. *cum eo resuscitare*, v. 6. *una sedere facere in supracælestibus in Christo Jesu*, ibid. *ostendere in seculis supervenientibus superabundantes divitias gratiæ in benignitate erga nos, in Christo Jesu*; v. 7. quid, inquam, hoc est aliud, quam æque in hac, atque in futura vita hominem renatum variis cumulare beneficiis propter Christum, qui suo illa merito cunctis acquisivit? Atque hæc meritoria salutis nostræ causa sub vocabulo etiam *Fidei* later, quando hic salvatio fieri dicitur *δικήν τῆς πίστεως, per fidem*. Eo ipso enim meritum Salvatoris, tanquam fidei objectum & correlatum, simul respicitur atque includitur.

XI. A causa salvationis impulsiva, seu movente, ad *agentem* nunc progredimur, quæ vel *principalis*, vel *mediæ* est.

XII. *Causa principalis* est Deus, hic iterum vocabulo *Gratiæ* insinuat. De cujus enim *Gratiæ* loquitur Apostolus? De gratia certe *Dei*, quem *divitem misericordia* esse prædicat, v. 4. cujus

cujus *donum* fidem effecit, h. l. quem *nos ad opera bona pręparasse* docet, v. 10: *cujus domesticos & habitaculum* Ephesios vocat, v. 19. & 22.

XIII. *Causa* vero *media* alia a parte Dei, alia a parte hominis est. A parte Dei sunt Verbum & Sacramenta. Hęc quoque sub nomine *χρησθ* comprehenduntur. Gratia enim Dei non salvat hominem absque mediis, sed partim per prædicationem Evangelii, quod est *verbum gratiæ*, Jer. XXIII. 10. contradistinctum Legi, tanquam verbo irę, Rom. IV. 15. per quod etiam Ephesii conversi fuerant, Ephes. I. 13. partim per Sacramenta, tanquam sigilla gratiæ, Rom. IV. 11. quibus divina gratia, in prædicatione verbi oblata, & non repugnantibus collata, in animis creditum confirmatur atque obfirmatur.

XIV. A parte hominis causa media, & quidem instrumentalis, gratiam hanc recipiens, est *Fides*, diserte in oraculo nostro expressa. Quandoquidem vero hic salvatio expresse fidei adscribitur, luce meridiana clarius pater, non loqui Apostolum (1) de *Fide Objectiva*, seu quę creditur, de qua agitur Rom. I. 5. Ephes. IV. 5. 1. Tim. I. 19: sed de *fide objectiva*, seu qua creditur. Illa enim, tametsi virtute salvandi intrinsece gaudeat, Rom. I. 16; non tamen actu salvat, nisi a subiecto debito recipiatur modo, Rom. I. 16. Luc. IX. 15. Jac. I. 21. (2) Non de *fide imaginaria & hypocritica*, quę utpote mortua, salvare nequit. Jac. II. 14. 17. seqq. sed de *fide vera, proprieque sic dicta*. (3) Non de *fide legali*, quę bonum opus est, a Deo in Decalogo præceptum, proptereaque salvare non potest, Gal. III. 21; sed de *fide Evangelica*, quam *longe aliam esse doctrinam, ac sunt decem præcepta*, Lutherus asserit, in *Catechismo majori* p. 503. (4) Non de *fide miraculosa*, de qua Christus agit Matth. XVII. 20. & Paulus 1. Cor. XIII. 2. quę etiam miraculorum effectiva vocatur, in oppositione ad miraculorum receptivam, de qua intelligenda sunt dicta Matth. IX. 10. & 13. c. XV. 28. Actor. XIV. 9. nec hodie amplius, Ecclesia Christi jam plantata, est expectanda: Hęc namque in illos quoque cadere potest, qui in die extremo a salute æterna penitus

excludentur, Matth. VII. 22. 23; sed de *fide iustificata & salvifica*, ab illa priori toto cælo diversa: non autem (5) de *fide iustificata & salvifica inadequate & partialiter considerata*, quatenus aut nudam notitiam, aut notitiam cum solo assensu notat, quo sensu *Historica* solet appellari: sic enim ipsi Diabolo adscribitur, Jac. II. 19. qui tamen nullam spem salutis habet, Matth. XXV. 41. Epist. Judæ v. 6; sed de *fide iustificata adequate & totaliter considerata*, tribusque gradibus, notitia, assensu & fiducia constante, I. Tim. I. 15. 16. Nec tamen (6) *materialiter*; sed *formaliter* spectata, quatenus nempe iustificat & salvat. Paucis, de illa hoc in loco fide agitur, quam cum Gerardo T. HI. LL. Theol. L. de *Justificatione* §. 74. rectissime definiat, quod sit *ex agnita divini verbi veritate, per Spiritum S. divinæ gratiæ seu misericordiæ per Christum Redemptorem, in promissione Evangelicæ fiducialis apprehensio ad vitam æternam*; aut brevius: Fides est divinæ in Christo gratiæ, per Spiritum S. ex Evangelico certo agnitæ, fiducialis atque individualis apprehensio. Conf. etiam *Summe Reverendi Dn. Præsidis Exercitationes in Augustanam Confessionem, Art. IV. Thes. III. p. 143. seqq.* Fidei autem sic considerata vera quidem ab Apostolo tribuitur causalitas, verusque in salutem influxus. Nam salvari hominem docet *διὰ τῆς πίστεως*, per fidem, sicuti alibi *ἐκ πίστεως*, ex fide Gal. III. II. Hebr. X. 38. Particulis *διὰ* & *ἐκ* causam efficientem denotantibus. Causalitas tamen illa non nisi *organica* est, nec Fidei competit in se & absolute spectatæ, ut est actus noster, vel prout qualitas, aut per dilectionem efficax est; sed unice in ordine ad objectum & correlatum suum, nempe Christum. Vid. Apol. A. C. p. 70. 79. Sed & hoc notandum, quod *fides sola* h. l. causa salutis nostræ, a parte nostra talis, ab Apostolo statuat. Diferte enim remouentur, *opera, & quicquid ex nobis est*. Solam ergo remanere fidem necesse est, quæ operibus e diametro opponitur. Remoto enim uno oppositorum immediatorum, necesse est, alterum exclusive poni.

XV. Arque sic causa beneficii prioris, Ephesiis olim a Deo exhibitæ, tam movente, quam agente, exposta; nunc ejusdem

dem Formam verbis: σωσμένοι ἐσθε, *salvati estis*, hoc loco indicatam, paucis subjiciemus. Verbum aut σωζω Grammatici a nomine σω, *s*, quod etiam σως, itemque σωσ scribitur, derivare solent, idque Homero, aliisque Scriptoribus prophanis, semper personam aut rem salvam atque incolumen notat. Vnde σωζεν, vi etymi generatim significat, salutem alicui conferre & prestare; sive illa corporis sit, ut sanitas; sive honoris & fortunæ, sive vitæ naturalis, sive animæ & spiritualis; quomodoque etiam impertiat: sive consilio, sive factō, sive per ablata salutis restitutionem, sive per auferendam depulsionem, sive per præsentis conservationem. Jam quidem certissimum est, non nisi spiritualem hoc loco intelligendam esse salutem. Cum vero hæc duplicis sit generis, alia *hujus vitæ*, quæ *salus gloriæ* appellatur, atque in Justificatione confertur credentibus in Christum. Rom. IV. 6; alia *alterius vitæ*, quæ *salus gloriæ* dicitur, & post mortem in glorificatione obtingit electis, I. Petr. I. 9. De qua præsens dictum intelligendum veniat, num de salute gratiæ, an gloriæ, aut utraque, non immerito quæritur. Nos sententiæ Gerhardi subscribimus, cujus in *Confess. Cathol. L. II. P. III. Art. XXIII. C. IIX. p. 868.* hæc sunt verba: *Duo ergo beneficiorum gradus salutis nomine ab Apostolo comprehenduntur, alia præsentia, alia futura. Illa, quæ re ipsa in hac vitâ conferuntur, quorum sensus est potius, quam spes; ista, quæ hic obtineri non possunt, sed præstabuntur post hanc vitam, & horum spes est, nec spes tantum, sed jus jam acquisitum, ex cuius cum spei, tum juris certitudine dicimus salvati. Cum vero utraque beneficia salutis nomine contineantur, ideo de utrisque intelligendum illud Apostolicum: Gratia salvati estis. Nimirum omnia illa Dei beneficia, in præsentis loco, Paulus una intelligit, quæ in antecedentibus sigillatim prædicaverat. Hoc particula causalis γὰρ clare indicat, arctissimam horum verborum cum antea dictis coherentiam manifestissime docens. Ibi vero duplicis potissimum ordinis beneficia celebrantur. Unum nempe ad hanc vitam proprie pertinet, quod est spiritualis Vivificatio v. 5. quæ sicut antecedenter vocationem,*

mentisque illuminationem præsupponit; ita *formaliter* in Justificatione consistit, ac *consequenter* in sanctificatione seu renovatione, per serium Bonorum Operum studium sese exerit. Cætera vero *futura vita* sunt reservata, quæ sunt *Resuscitatio*, & in *supræcælestibus collatio*, v. 6. quarum utraque die extremo, *illa* ante, *hæc* post irrevocabilem Judicis supremi sententiam, erit peragenda. Eadem ergo Dei beneficia in hoc quoque versiculo octavo sub unica Salvationis voce complecti Apostolum, in aprico est. Conf. *Joh. Quistorpii Comm. in Epist. ad Ephes. c. II. p. 68. lqq.* & *Baldwinus in Analysi hujus loci.*

XVI. Huic tamen asserto nostro *Tempus* obstare videtur, quod æque in antecedentibus, ac hoc ipso loco, divino huic beneficio attribuitur. Verba enim Apostoli non in futuro; sed in præterito tempore utrobique proferuntur. Nam sicut in antecedentibus ait: Deus *convificavit* nos una cum Christo, v. 5. cum eo nos *resuscitavit*, & una *sedere fecit* in supræcælestibus, v. 6: ita nec hic in futuro dicit: gratia *ἐστω θησεθε, salvabimini*: sed expresse in præterito loquitur: *σσεσσενευει εεεε, salvati estis*. Tametsi ergo hoc de salute gratiæ, quæ hujus vitæ est, verissimum sit: non tamen dici posse videtur de salute gloriæ, quæ alterius demum vitæ est, nec dum in hac vita obtinetur. Nisi forte affirmare velis, quod Paulus verbis hæc eorum patrocinetur sententiæ, qui jam in hac vita salutem æternam, quoad partes essentielles, minori tamen, quam in altera vita, gradu, actualiter a creditibus possideri statuunt. Verum salva res est. Jam enim superius ex Gerharo audivimus, quo sensu jam in hac vita vere fideles dicantur salvati, videlicet, quantum ad bona spiritalia hujus vitæ attinet, ea his in terris re ipsa possidendo; quod vero ad bona alterius vitæ spectat, illa duntaxat fide tenendo, spe concipiendo, & jus ad rem, non vero etiam jus in re habendo.

XVII. Quemadmodum itaque singularis ista nonnullorum sententia nullum in textu nostro invenit patrocinium; ita nec ob minime contemnendas amplecti illam possumus rationes. Urgemus enim (1) Quod in hac vita Deum modo *per speculum*
cogno-

cognoscamus; in altera autem vita *de facie ad faciem* eum simus cognituri, 1. Cor. XIII. 12. Cognitio autem specularis & ocularis seu intuitiva, non solum gradu, sed & specie differunt, (2) Hic tantum modo *fides*, nondum vero clara & intuitiva *visio* locum habet, quæ futuræ vitæ reservatur, 2. Cor. V. 7. (3) *Spe* hic *salvi facti sumus*, Rom. IIX. 24. Tit. III. 7. Spes autem non est præsentium; sed ejus *objectum proprie est eventus futurus*, docente *Apolog. A. C.* p. 126. (4) In altera vita visuri Deum sumus, *sicuti est*, 1. Joh. III. 2. nunc vero illum sic modo cognoscimus, prout facies ejus penicillo verbi revelati depicta, nobis ab oculis ponitur, Gal. III. 1. (5) Vitæ æternæ in se consideratæ summa est perfectio, nec in essentia sua gradus illa admittit, 1. Cor. XIII. 10. Pl. XVII. 15. ut adeo, qui eadem gaudet, non nisi perfectam ejus possideat essentiam. Vna quippe salus communis erit omnibus, quanquam gloria dispar sit futura, Dan. XII. 3. 1. Cor. XV. 40. seqq. (6) Sic infero: Quicquid in cælo adservatur, illud renati in hac vita actualiter possidere nequeunt. Atqui beatitudo æterna in cælo asservatur. Ergo. Minor probatur 1. Petr. I. 4. (7) Argumentor porro: Quicumque in hac vita multis peccatis, variisque miseris, imo morti ipsi est obnoxius, ille beatitudinem æternam in ea actualiter possidere nequit. Atqui Renatus in hac vita multis peccatis, variisque miseris, imo morti ipsi est obnoxius. Ergo. Connexio Majoris patet ex oppositione & repugnantia status Regatorum in hac, & Beatorum in altera vita, quorum ille est miserimus, Sir. XL. 1. seqq. hic autem omnium longe felicissimus, Ef. LX. 18. Apoc. VII. 16. 17. Rom. IIX. 18. Addo (8) Quod plane contradictio in adjecto committatur, si Renatis vitam æternam jam in tempore adscribere velis; siquidem tempus & æternitas omnino sunt opposita. Conf. Apoc. X. 6. c. XX. II. Omnium denique (9) evidentissima sunt verba Christi, Marc. X. 29. 30. *Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres &c. propter me aut propter Evangelium, qui non accipiet contumpla, nunc in tempore hoc; &c. Et in seculo venturo vitam æternam*: Vbi vita æterna, sive salus gloriosa, tanquam expectanda in seculo venturo, contra distinguitur iis, quæ accipiuntur *nunc in hoc tempore.*

XIIX. Nec valet hic quicquam provocatio ad illa Scripturæ dicta, in quibus vita æterna credentibus in præsentī assignatur, v. gr. Joh. III. 36. c. VI. 54. I. Joh. V. 12. 13. Etenim Enallagen temporis, qua tempus præsens pro futuro, vel ad continuitatem actionis, vel ad rei certitudinem (quod in locis allatis obtinet) indicandam, poni solet, in codice sacro esse frequentissimam, quis ignorat? Conf. *Glassii Philolog. Sacr. L. IV. Tr. II. obs. XX.* Deinde etiam hoc notandum, quod in plerisque illis dictis expressa fidei injiciatur mentio, indicio certissimo, nullam iis actualem æternæ salutis possessionem asseri. Hæc enim *fnis fidei est*, ad quem Fides, tanquam medium, renatos ducit, I. Petr. I. 9. Si vero jam in hac vita illa actu potirentur, non sane fide illam tenerent: Acquisito enim fine, cessant media. Omni ergo caret dubio, quod, quando in locis adductis credentes in præsentī vitam æternam habere dicuntur, de possessione, quæ fit *in spe*, non autem de illa, quæ fit *in re*; item de *jure* certissimo *ad rem*, non autem de *jure in re*, intelligendum sit. Alius tamen Scripturæ S. locus nobis vel maxime obstare videtur, videlicet I. Joh. III. 15. ubi Apostolus docet, quod *bomicida non habeat vitam æternam in semetipso manentem*. Unde vi oppositorum sic inferri posse videtur; Quicquid Renati in hac vita ante ejus amissionem vere amittunt, illud etiam in hac vita ante ejus amissionem vere & actualiter possident: Nam privatio præsupponit habitum. Atqui vitam æternam Renati in hac vita per peccata proæretica vere amittunt: Ergo. Sed facilis est responsio, si propositio ita limitetur: Quicquid Renati in hac vita per peccata proæretica vere amittunt, illud etiam in hac vita ante ejus amissionem vere & actualiter possident, videlicet, *eo modo, quo illud admittunt*. Et sic totum argumentum conceditur. Non autem amittunt vitam æternam proæretice peccantes, *quoad actualem possessionem*, quippe quæ in hanc vitam non cadit, uti probatum supra est; sed *quoad spem & jus ad rem*, quæ cum peccatis proæreticis consistere nequeunt. Hæc itaque sententia monet inconcussa, quod nemo renatorum æternam salutem in hac vita actualiter possideat; sed quod

quod beatitudo praesens sit spei, futura autem rei. Plura de hac re vid. in *Summe Reverendi Dn. Praesidis Synops. Art. XXXIV. qu. 7.* item in Tractatu, cui Titulus: *Theologische Belehrung von einer sich in Holstein erhobenen neuen Lehre, daß die Gläubigen das ewige Leben dem Anfange nach wirklich und in der That haben und besitzen.* Hamb. 1706. in 4to nec non: *Vier Schrifften, betreffend die wirkliche Seeligkeit der Gläubigen, in dem Gnaden-Reiche hier auff Erden.* Copenhagen und Leipzig 1708. in 4to.

XIX. Sed e diverticulo in viam redeundum tandem est. Alterum enim Paulini effati praedicatum, *Ephesorum* nempe *fidei donatio*, brevibus adhuc explicandum restat. At, quid fidem nomino, cum Paulus ejus expresse non meminerit, sed hoc tantum dixerit: *καὶ τὸ ἐκ ἐμῶν, Et hoc non ex vobis?* Sane diffitendum non est, his de verbis diversas Interpretum esse sententias, aliis ad salutem, aliis ad fidem, aliis ad utramque illa referentibus. Nos tamen, ut eorum adstipulemur sententiae, qui ad proxime praecedens fidei vocabulum ea referunt, haud leves movent rationes. 1) Ex iis, quae dicta superius sunt, §. II. satis jam perspicuum est, scopum Apostoli hic esse, omnem de propria virtute & merito gloriandi viam penitus pracludere Ephesius omnem ipsorum naturalem voluntatis sibi relictae, in rebus spiritualibus, efficiendi quicquam boni prosternere libertatem, idemque in praesenti loco firmissimo demonstrare argumento. Hocce vero admodum vacillaret, si salutem duntaxat, nec ipsam quoque fidem, non ex nobis, sed donum Dei gratuitum esse docuisset: Praegnans sane causa superfuisset adhuc Ephesius suas jactandi vires. Tanto enim altius cristas potuissent erigere, quanto fides praecleariora in sacris litteris sustinet encomia, (quippe quae sola iustificare, sola salvare, vincere mundum, Deoque maxime placere dicitur) si nec ejus origo a libero ipsorum arbitrio diserte proseripta, & divinae contra gratiae in solidum fuisset vindicata. Deinde 2) sententia ea istud quoque habet incommodi, quod, posita illa, *ταυτολογία* his in verbis statuere necesse sit. Annon enim

C

enim

enim idem est, *Dei gratia salvari*; & non ex nobis, sed dono Dei salvari? Ecquis enim Dei gratia salvatur? nonne is, qui non ex se, sed Dei dono? & quis non ex se, sed Dei dono salvatur? nonne, qui Dei gratia? Indignum autem Spiritus S. in Scriptura S. loquentis majestate est, ei *ταυτολογίας* vel indirecte tantum adscribere, a quibus homines etiam sedulo sibi cavere solent, qui sermones suos sapientiae sale condiunt; ut proinde multo magis ab eo, qui sapientissimus est omnium, non possint non esse alienissima. (3) His quidem difficultatibus altera non premitur sententia, quæ voces: *καὶ τὸ*, ad fidem & salutem una pertinere statuit: Nec tamen plenum horum verborum sensum exhaurire, aut nervum Argumenti Apostolici arte satis constringere videtur. Quamprimum enim illa auribus illabitur, istam de hoc loco animo ingenerat opinionem, ac si non adeo magno & serio conatu, sed obiter duntaxat, perfunctorie & veluti in transeursu, divina fidei origo ab Apostolo tradatur, quam proinde credere & confiteri res parvi momenti sit. At (4) longe alia mens est Apostolo. Dum enim simplicem humanarum virium in conversionis & salutis negotio à *διουλίαν* adstruere intendit, verba sua ita disponit adque ordinat, ut cum argumentorum pondere crescat & assurgat oratio, innuens, quod non tantum Dei gratia; quod non tantum fide sola, nulla autem ratione operibus, salvemur; sed & (quod multo adhuc plus majusque sit) quod fides ipsa donum Dei sit gratuitum, adeoque nihil prorsus est nobis ad tantum opus perficiendum concurrat. Huic ergo Apostoli scopo cum nostra conformis sit sententia, merito præfertur cæteris. Idque (5) propterea, quia in textu authentico pronomen demonstrativum *τὸ* adhibetur, ordinarie nomen proxime præcedens demonstrare solitum, quod hoc loco *πίστις* est. Nec obstat generis diversitas: Ut enim taceam, Synthesin generis prophæticis pariter sacrisque Scriptoribus non esse insuetam; elliptica loquendi forma locum hic habet, a qua similiter Scriptura S. non abhorret, prout exempla huic non absimilia ostendunt, quæ collegit *Classicus L. IV. Philolog. Sacr. Tr. II. obs. XI. Addatur etiam L. III. Tr. III.*

Can.

Can. XVI. Hinc non male Grotius verba hæc ita supplet: τῆς, id est, illud ipsum, quod credimus. Accedunt (6) suffragia quam plurimorum Interpretum, tam antiquorum, quam recentiorum. Inter antiquiores Chrysostomus Serm. IV. in Ep. ad Ephes. ita scribit: *Atque hoc non ex vobis.* Neque fides, inquit, ex nobis: Nisi enim venisset, nisi vocasset, quomodo credere valuissimus; quomodo enim, inquit, credent, nisi audierint? Itaque neque quod fidem concernit, nostrum est: Dei, inquit, donum est. Cui ἐμὸς ἡ πίστις est Theodoretus, Com. in hunc locum scribens: *Dei gratia nobis bonis digna est; nos autem solam fidem attulimus. Quin ejus etiam divina gratia fuit adjuvix. Hoc enim subjunxit: Et hoc non ex vobis, Dei enim Donum est: non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Non enim nostra sponte credidimus, sed vocati accessimus.* Suffragatur etiam Hieronymus LI. Com. in Ep. ad Ephes. Ideo autem, inquit, Apostolus verba illa: idque non ex vobis: adjecit, ne forsitan nobis occulta cogitatio subreperet: si per opera nostra salvati non sumus, certe vel per fidem salvati sumus, et alio genere nostrum est, quod salvamur. Addidit itaque et dixit, fidem ipsam non esse nostræ voluntatis. Petrus etiam Lombardus hanc Pauli sententiam a Sanctis ita exponi dicit, quod fides non sit ex vi naturæ nostræ, quia Dei donum pure est; citante & probante interpretationem illam Chemnitio in Exam. Concil. Trident. P. I. L. de Libero Arbitrio. §. Primo enim quædam; illam vero sine causa rejiciente Georgio Majore in Enarratione Epistolarum S. Pauli ad hunc locum. Ex recentioribus prodeat Tarnovius, in Medulla Evangelicorum Dom. Septuages. p. II. verba hæc ita παραφρασεως: *Et hoc non ex vobis; siquidem fides ipsa divinitus et gratiose confertur, ut donum.* Accedat etiam Schomerus in Exegeti hujus loci p. 35. in verba Apostoli: *Et hoc; ita commentatus: Nempe fidei medium pro obtinenda salute, non a nobis ipsis habemus, ut pro arbitrii libertate potuerimus credere; sed Deus hanc credenti potestatem dedit, et fidem excitavit.* Piscatorem, qui in Bibliis Herbormensibus, Glossa marginali ad hunc locum, expresse dicit: *(Und dasselbige,) nemlich, daß ihr an Christum gläubet; item-*

que Crocium, qui *Comm. in omnes Pauli Epistolas minores* ad hunc locum p. 339. expositionem hanc similiter amplectitur, sicco, quod ajunt, pede transeo. Hoc & illi indicasse videntur, qui tam ex Nostratibus, quam aliis, in versione hujus loci, verba illa: *Et hoc non ex vobis: Dei Donum est: καὶ ἐξ ὑμῶν* incluserunt, adeoque illa a præcedentibus separarunt, hæc invicem copulantes: *Gratia estis salvati per fidem; non ex operibus.* Quodsi enim Piscatori in Analyti hujus loci credimus, hæc sententia ad perspicuitatem contextus parenthesi includenda est. Nam v. 9. causam instrumentalem salutis, id est fidem amplificat Apostolus per antithesin, qua negat salutem esse ex operibus.

XX. Cum ergo nulla dubitare nos sinat ratio, quin de fide sermo sit Apostolo; quid de illa jam enuntiet, paucis expediendum restat. Nimirum (1) καὶ ἄγων, falsam ejus originem remover, dicens: & hoc καὶ ἐξ ὑμῶν, non ex vobis. Particulam vero ἐξ causam efficientem quandoque denotare, non alia tantum Scripturæ S. dicta, sed & prophanorum Scriptorum testimonia, in quibus hoc sensu usurpata occurrit, abunde satis docent, de quibus videri potest *Glassius L. III. Philolog. Sacr. Tr. VI. Can. XIX.* Eadem vero significatione hic quoque illam gaudere, clara sententiarum in textu nostro oppositio: *Fides non est ex vobis; sed est donum Dei:* apertissime evincit; utpote quæ sequens nobis argumentum subministrat: Quo sensu Paulus fidem Dei donum esse affirmat, eodem sensu illam ex nobis esse negat. Atqui eo sensu fidem Dei donum esse affirmat, ut Deum ejus causam efficientem esse adstruat: Ergo illo sensu eam ex nobis esse negat, ut nos nulla prorsus ratione causam ejus efficientem esse statuat. Nulla prorsus, inquam, ratione. Nam oratio Apostoli indefinita, adeoque absolute & simpliciter, sineque ulla limitatione intelligenda est, de fide justifica quomodocunque spectata, sive ratione primæ originis, sive ratione incrementi, sive ratione finalis perseverantiæ consideretur: nullatenus enim, nullatenus inquam, ex nobis ipsis est, nulloque modo a nostris ipsorum dependent viribus. Unde vero illa proveniat, id Paulus (1) κατὰ θεὸν docet,

docet, pergens: *Ἐὶ τὸ δῶρον, Dei donum.* Quibus in verbis duplex ellipsis statuenda est, altera conjunctionis, non tam causalis, qua Vulgatus sensum supplevit, vertens: *Dei ENIM Donum est;* quam adverbativæ, quam Beza in Versione sua aptius posuit, hoc modo: *SED Dei Donum est:* Quia aperte Apostolus illud, quod non ex nobis, & quod a Deo est: sibi invicem opponit; altera vero verbi substantivi *ἔστι*, quod alii Interpretum Versionibus suis inferuerunt, alii vero omiserunt. Quid autem vocabulum *δῶρον* proprie significet, in propatulo est. Notat nempe munus seu donum, quod manu datur: *Græci enim antiqui δῶρον palmum vocabant, & ideo δῶρα, munera, qua manu darentur;* testante *Budæo in Lexico.* Jam quidem Deus, utpote Spiritus, Joh. IV. 24. manus proprie non habet; non tamen caret manibus improprie sic dictis, & *κατ' ἀνθρώπων ἀθροῦν* ei attributis: Quarum scilicet vices in humanæ conversionis opere media gratiæ suppleunt, per quæ nobis fidem donat. Neque enim per raptus Enthusiasticos, atque immediate; sed mediante prædicatione Verbi, Rom. X. 14. & Sacramentorum, tanquam verbi visibilis, administratione illam in animis nostris accendit, auget, firmat. Tamen si vero vocabulum hoc alibi de talibus donis adhibitum legatur, ad quæ quis est obstrictus, e. gr. de muneribus Regi a suis Subditis offerendis, Matth. II. II. nec non de donis, vi expressæ Dei legis, olim in V. Testamento aut altari, Matth. V. 23, 24. c. VIII. 4. c. XXIII. 18. 19. Marc. VII. II. Hebr. V. I. c. VIII. 3. 4. c. IX. 9. c. XI. 4. aut gazophylacio sacro Luc. XXI. I. & 4. inferendis; hic tamen neutiquam in tali sensu capitur. Quemadmodum enim Deus ad nihil plane nobis est obligatus, Rom. XI. 35. ita, ut fidem nobis largiatur, nullo jure tenetur; sed est illa donum Dei mere gratuitum atque indebitum, quod unice propter Christum nobis confertur, qui, *quæ non rapuit, solvit, Pl. LXIX. 5. & semetipsum tradidit pro nobis, oblationem & hostiam DEO, in odorem suavitatis, Ephes. V. 2.*

SECTIO II. POLEMICA.

I.

Vidimus hætenus, quam claris apertisque verbis, in jam explicato Oraculo, Apostolus Paulus supernaturalem fidei salvificæ originem adstruat: Nunc vero, pro ratione instituti nostri, considerandum ulterius est, quo pacto illa e contrario a Casparo Ernesto Trillero, in Tractatu, superius *εἰ προαυλῆς* a nobis indigitato, destruat. Quemadmodum nimirum Paulus, *fidem non ex nobis, sed Dei donum esse, diferte asserit*: ita Trillerus, contra omnibus annititur viribus, ut eandem nequaquam Dei donum, sed virium nostrarum opus esse, demonstret. Ut vero, quam distent æra lupinis, luculentissime constet Controversiam hanc sine mora disquisitioni accuratori subijciam, primum falsam Trilleri opinionem relaturus; deinde controversiæ statum rite formaturus; tum veram nostram doctrinam confirmaturus; denique vero argumenta contraria soluturus.

II. Falsam suam sententiam Trillerus primo *generaliter*, partim *negative*, partim etiam *positive* proposuit. *Negative* fidem salvificam Dei donum esse; *expresse* inficiatur. Sic namque p. 107. scribit: Daß Gott dem Menschen den seligmachenden Glauben gebe, ist zwar eine gemeine Meinung; wird aber nun nach der heiligen Schrift ganz anders gezeigt und erwiesen. Idem etiam p. 107. docet: Es ist aber die Meinung, daß Gott dem Menschen den Glauben gebe, das ist, den Glauben ihm als eine Gabe schenke, ganz irrig und falsch. Et p. 122. communem Ecclesiæ nostræ sententiam proflus exhibet, scribens: Eben so lächerlich ist jenes auch, daß man weinet, Gott müsse uns den Glauben, als eine Gabe, schenken. *Positive* autem, mentem suam ita exprimit, ut cōcredat, Deum ab homine postulare fidem, a se ipso habendam. Hoc p. 114. his verbis facit: Ist also dieses hieraus nicht zu schliessen, daß Gott den Glauben

ben

ben gebe; sondern daß Gott den Glauben von dem Menschen fodere. Ibidem, paucis interjectis, addit: Indem nun der Herr sagt: Wenn ihr Glauben habet; so will er ja nicht, daß er ihnen den Glauben geben wolle, sondern sie sollen selbst den Glauben haben, und Gott Glauben geben. Deinde p. 116. pergit: Dieses noch gründlicher darzuthun, daß Gott dem Menschen den seligmachenden Glauben nicht als eine Gabe schencke noch gebe, so bedencke doch man, daß allemahl in dem Werke der Seeligkeit Gott von dem Menschen den Glauben fodere. Ad datur etiam p. 119, 120, 121, 122. ubi eadem inculcantur.

III. Quomodo vero generalia hae velit intellecta, id specialius passim explicat monens (1) quod non neget, fidem miraculosam, ut constantiam & perseverantiam fidei in adversis, dona Dei esse. Verba ejus p. 111. haec sunt: Ist derhalben hier zu verstehen der Glaube, der entweder mit Wunden und Zerschellen, oder mit Standhaftigkeit im Creutz und Leyden, in Verfolgung, in Wiederwärtigkeit, in Noth und Gefahr, es sey zu Wasser oder zu Lande, und dergleichen, sich erweise. Solcher Glaube ist freylich eine sonderliche Gnaden-Gabe Gottes, weil sie allen nicht gegeben, wie die Exempel vieler unter den Verfolgungen ausweisen, die wieder von dem Christlichen Glauben abgefallen. (2) Quod concedat, augmentum & incrementum fidei a Deo esse. Hoc p. 113. sequi. verbis sequentibus fatetur: Es ist ein grosser Unterscheid, den Glauben geben, und den Glauben, den man vor dem Erkantnis Gottes schon hat, vermehren, daß man immer weiter und weiter in den Erkantnis wachse und zunehme. Und daruin zu bitten, hatten die damahls noch kleingläubige Jünger hohe Ursache. (3) Quod tantum illam oppugnet doctrinam, qua fidei iustificata & salvifica, etiam qua primam originem, donum Dei esse statuitur. Vid. verba Auctoris §. II. citata. Quemadmodum vero duo priora ejus asserta specialia nos quoque admittimus: ita postremum, tanquam sententiae, omnium Ecclesiae nostrae Doctorem calculis haetenus receptae, quid? effato quoque Paulino superius exposito, e diametro repugnans, merito reprobamus.

IV. Ad

IV. Ad statum vero controversiæ recte percipiendum, observetur I) quod ad Subjectum quæstionis attinet, non quæri impræsentiarum 1) de fide politica, quæ erga homines; sed de fide theologica, quæ erga Deum se exerit: Nec 2) de fide hypocrítica; sed vera & sincera: nec 3) de fide legali; sed de evangelica: nec 4) de fide miraculosa; sed justificata & salvifica; neque 5) de fide justificata & salvifica considerata inadæquate & partialiter; quatenus aut nudam notitiam, aut notitiam cum solo assensu notat; sed adæquate & totaliter, prout tres partes, Notitiam, Assensum & Fiduciam, complectitur: neque 6) de fide, spectata materialiter; sed formaliter quatenus nempe justificat & salvat: nec tam 7) de fidei incrementis; quam potius de prima ejus origine: nec 8) de fide, ratione perseverantia; sed in se spectata. Denique 9) supponimus, fidem justificatam & salvificam diversâ quidem sustinere nomina; non tamen propterea differre tanquam diversas res. Quamvis enim effectus sit diversus; causa tamen manet eadem. Eadem enim illa fides, quæ justificat, etiam salvat. Rom. III. 28. Gal. II. 16. Act. XVI. 31. Quemadmodum una eademque sponsæ manus & arrham sponsi in sponsalibus apprehendit, & sponsum in solenni nuptiarum die complectitur.

V. II) Circa Prædicatum hujus quæstionis notandum est 1) non quæri de fidei obligatione, seu, an homo veram in Christum fidem habere debeat? Sed de vera illius origine, seu, unde homo illam habeat, & habere possit? Non tribui a nobis, (quemadmodum Antagonista facit) fidei originem humanam; sed vere uniceque divinam. Adeoque 3) non haberi illam a nobis pro dono nature; sed pro dono gratiæ: eoque 4) hodie non immediato & extraordinario; sed mediato & ordinario, quod Deus per Evangelium & Sacramenta largitur. 5) Non statui illam a nobis donum ex parte Dei debitum; sed mere gratuitum, propter Christi meritum ad nos cœlitus descendens. 6) Nos illam non referre in numerum donorum administrantium; sed sanctificantium. Nimirum 7) donare fidem nobis hoc loco idem est, ac ex pura

pura gratia & misericordia, propter Christum, non tantum potentiam, sed & ipsum actum credendi, in omnium fidelium animis sine ulla ipsorum cooperatione excitare atque operari. Hinc, ut genuinam Ecclesiae nostrae sententiam, paucis complectar, dico: Fides iustificata & salvifica vere talis, adaequateque & formaliter considerata, qua primam originem, non ab homine ipso sed a solo Deo est, qui ex mera gratia & misericordia, intuitu meriti Christi, per Evangelium & Sacramenta, non tantum ejus potentiam, sed & ipsum actum, sine ulla fidelium cooperatione, in ipsorum animis elicit ac producit.

VI. Haec vero doctrina nostra Oraculo Paulino superius enucleato, tanquam solido & inconcusso fundamento, innitur. In illo enim Apostolus de fide iustificante diferte pronunciat, quod non ex nobis illam habeamus; sed quod Dei donum sit; prouti demonstratum supra est, in Sectione I. §. XIX. & XX. Fingas autem firmiter insistere talo expositionem eorum, qui & de fide, & de salute verba illa intelligunt; veritati tamen thesios nostrae adeo nihil inde decederet, ut illam potius solidissime confirmet. Imo si & illorum valeret sententia, qui de sola dictum hoc explicant; nondum tamen esset, quod, abjectis armis, fugam capesseremus. Quid enim obstaret, quo minus cum *B. Calovio* ex ejus *Bibliis Illustratis* ad h. l. 677. b. ita concluderemus: *Si in toto salutis negotio nihil nisi gratia obtinet: si salus nostra domum Dei est & opera nostra nullum hic locum habent, nec quicquam, quod ad salutem facit, ex nobis est; utique fides, qua salvamur, nullatenus ex nobis sit oportet. Nihil enim, quo salvamur, ex nobis est. Si aliquid, quo salvamur ex nobis esset; haberemus utique unde gloriari possemus.* Hinc etiam factum, ut Theologorum non postremi divinam & supernaturalem fidei originem ac collationem ex loco hoc subinde probaverint. Hoc in antiquiori Ecclesia Ambrosius, aut qui rectius Auctor habetur, Prosper Aquitanicus fecit, qui L. I. de Vocatione Gentium, c. 8. de eo agens, unde fides nascatur & unde acquiratur? divinam ejus originem, hoc Apostolico dicto expresse probavit, inquires:

D

Ad

Ad Ephesos vero scribens Apostolus de divitiis gratia, pro malis bona retribuentis, & de fide, que non ex nobis, sed ex Dei dono habetur, hac loquitur: Deus autem, qui dives est in misericordia - - Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. &c. Conferatur etiam Lutherus Tom. III. Altenburg. p. 209. b. T. V. Altenburg. p. 636. b. 695. b. T. IIX. p. 309. a Chemnitius loco supra citato, nempe Sect. I. §. XIX. Lobeckius Disp. IIX. in August. Confess. n. II. p. 167. Hutterus in Locus Commun. Theol. p. 181. a & in Expl. Libri Concord. Art. II. c. II. qu. 3. Hülsemannus in Extensione Breviarii Theol. c. II. Thesi V.

VII. Licet autem unicum hocce dictum orthodoxam nostram, de Dono Fidei justificantis, sententiam præclarissime minuat: facere tamen non possumus, quin ex innumeris aliis, eandem pariter demonstrantibus, potiora tantum subjiciamus. *Credere* nempe dicimur, *secundum operationem potentie virtutis Dei*, Ephes. I. 19. *Quod in Christum credamus, a Deo nobis donatum est.* Phil. I. 29. *Deus operari dicitur ἐν τοῖς πιστεύοις, in credentibus,* I. Thess. II. 13. Quidnam vero? Fidem certe, que *Opus Dei est*, Joh. VI. 29. *quod Deus efficit*, Col. II. 12. Christus expresse vocatur *Fidei nostra δεχνητός & τελειότης*; inchoator & consummator, Hebr. XII. 2. Quippe sine quo nihil possumus facere, Joh. XV. 5. *A Carne & Sanguine*, h. e. ab hominis sibi relicti natura, ne primus quidem fidei gradus, nempe noticia est; sed a solo *Patre, qui est in cælis*, Matth. XVI. 17. Ergo & gradus reliqui non nisi a Deo sunt. Deus in prædicatione Evangelii fidem omnibus *παροσχάων*, actu exhibens atque offerens est, Actor. XVII. 31. Ergo nemini illa a natura inest. Quid enim opus esset ab alio offerri, quod iam ipse possideas? Cætera, que afferri hic possent, divini verbi testimonia, subsecutæ ad argumenta contraria responsioni reservabimus.

IX. Nunc ad Ecclesiæ nostræ Sepimenta, Libros nempe Symbolicos, progredimur, a quorum doctrina vel latum unguem recedere nefas merito ducunt, quorquot sinceri Lutherani esse haberique volunt. Ab hisce enim non minus, quam a Scriptura ipsa

ipsa Trillerum discedere, ex Augustanæ Confess. Art. V. p. II. patet, ubi hæc habentur verba: *Ut hanc fidem consequamur, institutum est ministerium, docendi Evangelii & porrigendi Sacramenta. Nam per Verbum & Sacramenta, tanquam per instrumenta, donatur Spiritus S. QUI FIDEM EFFICIT, ubi & quando visum est Deo, in iis, qui audiunt Evangelium.* Recedit etiam ab Apologia A. C. quæ Art. II. p. 71. fidem expresse *opus Spiritus Sancti* appellat. Desleat denique a Formula Concordiæ, cuius Art. III. p. 684. hæc sunt verba: *Hæc bona nobis in promissione Evangelii per Spiritum S. offeruntur. Fides autem, unicum est medium illud, quo illa apprehendimus, accipimus, nobis applicamus. EA FIDES DONUM DEI EST.* Add. Explicatio Art. III. Symb. Apost. p. 371.

IX. Ut a Libris Symbolicis ad aliquot etiam Ecclesiæ nostræ Hymnos me convertam, in quibus publica Nostratum de Dono Fidei justificæ & salvificæ confessio prostat; impudentissima Antagonistæ protervia, quam, Theonino illos dente arrodendo, satis superque manifestavit, incitamento mihi est. Innocua scilicet Hymni: *Ich ruff zu dir HErr Jesu Christ; verba sequentia: Den rechten Glauben, HErr! ich meyn, den wolest du mir geben; nec non ex hymno matutino: Ich danck dir lieber HErr, illa: Den Glauben mir verleihe an deinen Sohn Jesum Christ, hoc sugillat scommate: Wenn denn nun die Teutschen in ihren Gesängen und Gebeten GOTT bitten, GOTT wolle ihnen den Glauben geben; so würde es nach ihrer eigenen Mund-Art heissen: GOTT wolle ihnen doch zuglauben daß ihre Quackeleyen wahr seyn. Hier möchte man mit allem Rechte sagen: Ihr lieben Teutschen, wisset selber nicht, was ihr bittet, wenn ihr bittet, GOTT soll euch den Glauben geben. vid. p. 115. coll. cum p. 106. Sed respondemus: Tamen si concedendum utique sit, quod phrasis hæc Germanica, imprimis sine articulo, hoc modo, adhibita: Einem Glauben geben; vel contra: Ich gebe der Erzehlung keinen Glauben &c. idem valeat, quod fidem & assensum alicui præbere, vel non præbere:*

negamus tamen & pernegamus, quod significatio illa semper locum habeat, etiam tum, cum articulus expresse additur. Quod si enim v. gr. dicas: Einem den Glauben geben; vel: ihm ist der wahre Glaube gegeben &c. quis, quaeso, dummodo linguam Germanicam probe calleat, in hisce similibusque loquendi formulis, de assensu mentis, sermoni alterius praebendo, vel praebito, vel per febrim quicquam somniabit? Omnium vero minime ineptam huiusmodi significationem jam allata hymnorum Ecclesiasticorum pronuntiata admittunt. Quantum enim ad *Hymnum priorem* attinet illius antecedentia & consequentia petulantiam Trilleri efficacissime castigant. In illo namque Christi imploratur Gratia: Ich ruff zu dir Herr Jesu Christ, ich bitt erhör mein Klagen, verleih mir Gnad zu dieser Frist: imperianda nobis, partim per ablationem diffidentiae: Laß mich doch nicht verzagen; partim per collationem verae fiduciae: Den rechten Glauben Herr! ich meyn, den wollestu du mir geben; huiusdemque necessario consequente, vitae nempe sanctitate, exercenda cum erga Deum: Dir zu leben; tum erga proximum: Meinem Nächsten Nus zu seyn; idque secundum praescriptum divini verbi: Dein Wort zu halten eben. Omnia profecto, quae in his verbis a Deo devotis rogantur precibus, non nisi spiritualia & supernaturalia sunt beneficia, a solo Deo gratiose nobis conferenda; De assensu vero aliquo, quem Deus nobis praebere debeat, nec vola hic nec vestigium ullum apparet. Et qua fronte, qua conscientia *hymni posterioris* effato, adeo perversum affricare Trillerus audet sensum? Cum illud phrasi illa: Glauben geben, prorsus non utatur, sed longe diversam: Den Glauben verleihen, idque cum expresse addito: Den Glauben mir verleihen, an deinen Sohn Jesum Christ, in se contineat?

X. Verum haec tam clara ac manifesta sunt, ut manibus palpari queant, aut demonstratione ulteriori haud indigeant. Proinde pede inoffenso, ad antiquiorum Ecclesiae Doctorum suffragia, novo Auctoris placito itidem adversantia, gradum nunc promoveo. Primum vero locum inter illos occupent Patres in
Con-

Concilio Arausicano II. olim congregati, quorum verba Canone V. hæc sunt: *Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium, & ad generationem baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus S. corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit; Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, B. Paulo dicente: Confidimus, quia, qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri J. C. & illud: Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et: Gratia salvi facti estis, per fidem, non ex vobis, Dei enim Donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt quodammodo fideles esse definiunt. Addatur etiam Canon VI. & XXV. Hisce Augustinum adjungimus, qui, citante Gerharδο Joh. Vossio in Hist. Pelag. L. IV. P. I: Antith. I. p. 114. ita scripsit: *Fides usque adeo ad gratiam pertinet, ut Apostolus non dicat: Misericordiam consecutus sum, quia fidelis eram; sed dicat: Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem. Sunt & alia testimonia, in quibus est, quod ait: Sapite ad temperantiam, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei. Et: Gratia salvi estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est; Et illud, quod scripsit ad Ephesios: Pax fratribus & charitas cum fide, a Deo Patre & Domino Jesu Christo. Et illud, ubi ait: Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, sed etiam ut patiamini pro eo. Vtrumque ergo ad Dei gratiam pertinet, & fides credentium, & tolerantia patientium, quia utrumque dixit esse donatum. Nec dissentit Ambrosius supra jam Sect. II. §. VI. citatus, Similia Chrysoctomi, Theodoretii & Hieronymi testimonia, quoniam in Sectione I. §. XIX. jam sunt exhibita, repetere nunc nolumus.**

XI. Addendum denique est, Trillerum ipsum consensu suo, saltem implicito & virtuali, nobis ad stipulari, Oraculum Apostolicum in Sect. I. explicatum, in Versione N. T. Germanica, anno 1703. Amsterodami impressa, sequentem in modum

vertendo: Denn aus Gnaden seyd ihr erhalten worden, durch den Glauben, und dasselbige nicht aus euch, Dittes Gabe ist es. Licet enim hic gratum verbum *gratiam*, per Erhalten reddiderit, quo primo intuitu indicasse videretur, non totam hominis salutem, sed conservationem tantum in fide & salute, Dei dono esse adscribendam, quia *servare* minus est, quam *salvare*: Alibi tamen vocabulum hoc partim per Germanicum Seeligmachen in parenthesi explicavit, ut Matth. I. 21. XIX. II. XXIV. 13. Rom. XI. 14. I. Cor. III. 15. partim citra parenthesin simpliciter reddidit, Seeligmachen, ut Matth. XIX. 25. Rom. X. 13. I. Cor. I. 18. & 21; partim phrasin erhalten zur Seeligkeit adhibuit. I. Cor. VII. 16. Unde clare patet, illum & in loco Pauli jam citato totam hominis salutem, tam primam ejus collationem, quam finalem conservationem, vocabulo illo intelligere. Hæc vero quia fidei tanquam medio tribuitur, tale hinc argumentum formare omnino licet: Quicumque per fidem ita servantur, ut tora eorum salus non ex ipsis, sed ex Dei dono sit, apud eos fides, per quam servantur, non ex ipsis, sed Dei donum est. Atqui credentes per fidem ita servantur &c. Ergo.

XII. Nec illud reticendum est, quod sententia adversarii nostri, non uni hæreticorum antiquiorum arrideat. Nihil dicam de Basilide, Valentino, Donatistis, qui fidem origine naturalem esse docuerunt; nihil etiam de Pontificiis, de quibus vid. Lobeckii Disp. IIX. in Aug. C. n. 5. p. 164. Hoc tantum in præsentii ostendisse sufficiet, quod Pelagianismum illa sapiat. Nam si fides salvifica non est donum gratiæ divinæ, sequitur omnino, quod sit donum naturale; cum duo hæc immediate sint opposita, quorum unum alterum ponit & tollit; Idem vero Peligiani quondam docebant. Conf. G. J. Vossii Hist. Pelag. L. IV. P. I. Th. I. p. 399. seqq. imprimis vero p. 395. ubi Augustinus L. I. de Prædest. de Massiliensibus seu Semipelagianis ita scripsisse traditur: *Sed nunc eis respondendum esse video, qui dicunt, ex nobis nos habere ipsam fidem, sed incrementum ejus ex Deo: tanquam fides non ab ipso donetur nobis: sed ab ipso tamen augeatur in nobis, eo merito quo ce-*
piit

pit a nobis. Hiccinē vero ab Augustino quondam notatus Semi-pelagianorum error asserto Trilleri, quod supra Sect. II. §. III. dedimus, annon ex asse est conformis? Idem Hipponensium Præful ibid. p. 414. hanc refert fuisse sententiam Vitalis, hominis Pelagiani: *Ut recte credamus in Deum & Evangelio consentiamus, non esse donum Dei; sed hoc nobis esse a nobis i. e. ex propria voluntate, quam nobis in nostro corde non operatus est ipse.* Quamvis vero posterius nondum discretis verbis affirmare Trillerus hactenus ausus sit, illud tamen ex expressa ejus doctrina per necessariam fuit consequentiā. Qui enim fidem Dei donum esse negat, is eo ipso illam ex nobis & ex propria nostra voluntate esse, saltem tacite atque implicite affirmat: cum hæc duo: *Donum Dei esse, & ex nobis esse* Apostolo Paulo Ephes. II. 8. sint immediate opposita, quorum uno negato, necesse est alterum confirmari. Plura de Pelagianis videantur in C. Kortholti Hist. Ecclesiast. N. T. Sec. V. Sect. I. c. II. §. HX. seqq. p. 157. seqq.

XIII. His itaque ad solidiorem Theos orthodoxæ confirmationem in medium prolatis, Argumenta Trilleri contraria jam aggredimur, ipsi, qua fieri poterit, brevitate destructuari Omnia vero illa ad tres Classes commode reduci possunt. Ostendere namque conatur, quam hactenus propugnāvimus, communem Ecclesiæ nostræ doctrinam esse (1) ἀγραφόν, (2) ἀντίγραφον, & (3) ἀλογον, seu cum absurditate conjunctam.

XIV. Quod (1) ἀγραφόν illa sit, probare contendit, dum dicta quædam Scripturæ, pro illa militantia, destruere laborat. Horum primum desumptum est e Jac. I. 17. quod p. 106. tanquam minime probans adducit. Verum, respondemus, licet in hoc loco speciatim fidei nulla fiat mentio: quod tamen de omni donatione Dei bona hic dicitur, idem omnino etiam de vera in Christum fide valet; cum illa inter donationes Dei bonas non postremum occupet locum. Nam quicquid prædicatur de genere, prædicatur etiam de quavis sub ea comprehensa specie. Quod vero fides sub omni dono Dei bono atque perfecto, tanquam sub genere omnino comprehendatur e subsequente v. 18. patet, ubi tanquam

quam speciale donum Dei Regeneratio prædicatur, quæ certe præcipue in collatione & donatione fidei veræ consistit. Conf. Kænigii Theol. Posit. P. III. §. 470. coll. cum §. 466. seqq.

XV. Diktum *secundum*, quod Trillerus thesi nostræ nequitiam patrocinarî putat, depromitur 1. Cor. XII. 9. de quo p. 110. seqq. scribit: Weil nun die ist erzehlten Gnaden-Gaben, nach Pauli Aussage, solche sind, die einem absonderlich werden von Gott gegeben, und keinem allein alle mit einander zukommen können noch sollen, und unter solchen sonderlichen Gnaden-Gaben, des Glaubens mit gedacht wird: so folget ganz gewiß, daß hier nicht zu verstehen der seligmachende Glaube, daß der von Gott gegeben werde, weil ein jeglicher, der mit einer von ist erzehlten sonderlichen Gnaden-Gabe von Gott begnadiget ist, den seligmachenden Glauben schon haben muß, sonst kan niemanden die geringste Gnaden-Gabe von ist gedachten wiederfahren. Ist derhalben hier zu verstehen, der Glaube, der entweder mit Wundern und Zeichen, oder mit Standhaftigkeit im Creuz und Leyden - - sich erweise. Solcher Glaube ist freylich eine sonderliche Gnaden-Gabe Gottes, weil sie allein nicht gegeben, wie die Exempel vieler unter den Verfolgungen ausweisen, die wieder von dem Christlichen Glauben abgefallen. Respondeo autem 1) Theologorum nostrorum plerique cum Trillero in eo consentiunt, quod Fides iustifica & salvifica hic non intelligatur, tamen, quid proprie voce illa significetur, diversimode exponant, aliis heroicum hominis impetum, admiranda suscipiendi, atque ad optatos fines, supra hominum expectationem, perducendi cum Hunnio, Vinariensibus & Calovio intelligentibus; aliis vero de fide miraculosa verba hæc interpretantibus, quod Oslander in Explic. Bibl. Germ. Prücknerus in Vindiciis N. T. ad h. l. & alii ab hoc citati faciunt; nonnullis cum Balduino & Schertzero in Disp. super h. l. hab. Lipsiæ 1691. §. 63. utramque hanc explicationem conjungentibus; Schomero denique in Exegesi. h. l. specialiter de fide miraculorum passiva Diktum hoc exponente. Quanquam ergo 2) suppeditatam

ditatam a Trillero hujus Dicti Apostolici interpretationem suo loco relinquimus: Non possumus tamen non fallam Hypothesin, cui illa inicitur, improbare, his conceptum verbis: Ein jeglicher der mit einer von jetzt erzehleten sonderlichen Gnaden-Gaben von Gott begnadiget ist, muß den seligmachenden Glauben schon haben, sonst kan niemanden die geringste Gnaden-Gabe von jetzt gedachten wiederfahren; cum ea discertis ipsius Christi verbis Marth. VII. 22. 23. atque exemplo Bileami, Num. XXXIV. p. t. manifeste refragetur. (3) Largimur faciles a Georg. Mylio, in Explic. Aug. Conf. II. Art. V. f. 109. b. n. 3. dictum hoc Apostoli, ad thesin nostram confirmandam, expresse adhiberi. Quia vero, imprimis hodie, nemo aut paucissimi Nostratium de fide justifica & salvifica illud intelligant, *συναφεία* textus aperte repugnante; non est, quod in vindicando illo multum defudemus.

XVI. Ad *tertium* nunc dictum accedimus extans 2. Theff. III. 2. de quo certissimum est, quod illud a Theologis nostris, quando divinam Fidei salvificæ originem statuminare volunt, haud raro adhibeatur. Fecit hoc ipse Lutherus T.V. Altenb. p. 636. itemque Hutterus in Expl. Libr. Concord. Art. XI. c. 2. qu. I. p. m. 1186. Tarnovius loco supra Sect. I. §. XIX. indicato, aliique. Hæc vero tantorum Virorum probatio futilis videtur Trillero; unde p. m. sequ. hæc verbis eam rejicit: Ferner pflegt man anzuführen den locum 2. Theff. III. 2. Der Glaube ist nicht jeder mans Ding; Ergo, so muß Gott den Glauben geben. Ist eine alberne consequenz: Denn erslich stehet im Griechischen von keinen Dinge; sondern *ε γὰρ πάντων ἡ πίστις*, Wenn schon das Wort *πίστις* exprimirt wird mit Glauben, und würde darunter verstanden der seligmachende Glaube, so käme nichts anders heraus, denn dieses: Der seligmachende Glaube ist nicht aller, oder, alle haben nicht den seligmachenden Glauben denn die meisten waren noch nicht bekehret. Wie folget nun:

F

hiers

hieraus: Ergo, so muß GOrt den seligmachenden Glauben geben? Nein, durchaus nicht! Der context will nothwendig haben, daß man nicht allen und jeden müsse glauben und trauen weil man mit unartigen und bösen Menschen zu thun hätte, und unter denen lebete: denn es gehet vorher: Im übrigen, Brüder, befehl für uns, daß das Wort des Herren lauffe, und verherrlicht werde, gleich wie auch bey euch, und daß wir geriffen werden, von den unartigen und bösen Menschen, denn der Glaube oder die Treue ist nicht aller, (man darff nicht allen glauben oder trauen.) Der Herr aber ist getreu, der wird euch stärcken und bewahren für dem Bösen. Sed (1) novo huic Scripturæ Interpreti antiquiores, eoque multo probatiores oppono. Sic namque D. Balduinus Comm. super hæc verba commentatur: *Non omnium est fides: hoc est, non omnes hanc a Deo habent gratiam, ut credant Evangelio: sed multi adversantur huic doctrinæ, quales semper reperiuntur, in medio Ecclesiæ sinu: ideo semper hac precatione opus est; ut Deus eos arceat & Evangelium suum ab importunis istis hominibus tutum præset, ne curriculum ejus periclitetur, & ut ministris ejus labor minuatur.* Conf. etiam D. Egid. Hunnius in Comm. super h. l. Neque (2) interpretatio ista a sepo Pauli aberrat. Hic namque est, Thessalonicenses ad preces, pro cæterorum etiam infidelium conversione, ad Deum ardentissime fundendas, sermo hortari, v. n. quod ut facerent, hæc ipsis rationem considerandam proponit: quia fides, ad quam scilicet reliquorum nondum converforum conversio fieri oporteat, non sit omnium, i. e. non in cujusvis proprio posita arbitrio sed a Deo, a quo illa precibus impetranda, proveniat. Unde (3) constat, male cum antecedentibus Trilleri coherere explicationem: Quis enim putaret, Apostolum ita fuisse argumentatum: Qui non omnibus fidere possunt, illi Deum, ut cæteros quoque infideles convertat, invocare tenentur, Atqui vos Thessalonicenses ad Deum jam converti, non omnibus fidere potestis. Ergo, vos Deum, ut cæteros quoque infideles convertat, invocare tenemini.

XVII. Adhuc unus restat locus desumptus e Luc. XVII. 5. e quo omnino etiam nostra stabiliri consuevit sententia. Hunc verbis sequentibus p. 113. evertere natus conatur: Wenn aber die Apostel Luc. XVII. 5. zu den Herren sagen: Herr mehre uns den Glauben, wollen sie denn nicht, daß Gott ihnen den Glauben geben solle? Es ist ein grosser Unterscheid, den Glauben geben, und den Glauben, den man von der Erkenntnis Gottes schon hat, vernehren, daß man immer weiter und weiter in der Erkenntnis wachse und zunehme: Und darum zu bitten, hatten die damals noch kleingläubige Jünger hohe Ursache. Ist also dieses hieraus nicht zu schließen, daß Gott den Glauben gebe, sondern daß Gott den Glauben von den Menschen fodere. His in verbis consequentia argumenta Lutherani negatur, ita tamen, ut substituatur alia, quæ nullis fidiculis ex Apostolorum verbis extorqueri potest. Quis enim, cui mens sana est in corpore sano, ita concluderet: Qui Deum invocant, ut ipsorum fidem augeat, ab illis Deus fidem exigit, tanquam habendam a se ipsis? Annon contrarium potius sequitur: Qui Deum invocant, ut fidem sibi augeat, is fidem non a se ipso, sed a solo Deo habet. Quid enim opus est ab alio petere illud, quod possideat ipse, aut propria virtute acquirere possis? Veram autem consequentiam ex hoc loco a Theologis Orthodoxis deductam, vel unius Fulgentii vere fulgido testimonio stabilivisse juvabit, qui L. I. de Verit. Prædest. citante Vossio, Hist. Pelag. L. IV. P. I. Anthith. I. p. 416. ita ex h. l. concludit: *Lucas Evangelista commemorat, Domino dixisse discipulos: O Domine! auge nobis fidem, Cujus, si ex se voluntas hominis habere posset initium, ex se profecto sumpsisset augmentum. Sed beati Apostoli, unde se sciebant initium fidei accepisse inde sibi ejusdem augmentum posebant: quia gratia, quæ in illis initium fidei contulerat, ipsa eis augendi desiderium suscitabat.*

XVIII. Sequitur nunc (II) illa Argumentorum Adversarii

farii nostri Classis, quibus is probare nititur, sententiam orthodoxam, quod Fides justificans donum Dei sit, ἀντίπαρον esse. Hoc inde elicere vult, quia in Scriptura S. Fidem Deus ab hominibus serio requirat. Assertum hoc per quam multis Scripturæ dictis, operose conquisitis, atque e Luc. XVII. 6. p. 114. Marc. I. 15. p. 116. Marc. XVI. 5. 16. p. 117. Joh. III. 16. 18. 36. p. 117. Joh. VI. 40. p. 118. Act. III. 37. p. 118. sequ. Hebr. XI. 6. p. 119. Act. X. 43. p. 120. petitis, confirmat, tantemque sententiam suam sequenti Syllogismo includit: Was Gott von den Menschen fodert, und wozu er treulich und ernstlich vermahnet, daß der Mensch haben soll, und zu straffen dräuet, dasern er es nicht habe, dasselbe kan und muß er dem Menschen nicht geben: Nun aber fodert Gott von den Menschen den Glauben, und vermahnet treulich und ernstlich den Menschen, daß er den Glauben haben solle, und dräuet mit der ewigen Verdammniß den Menschen zu straffen, wo er den Glauben nicht hat. Concl. Darum kan und muß Gott dem Menschen den Glauben nicht geben. In argumento autem hoc respondeo (1) ad Minorem, concedendo illam, monendo tamen, quod non omnia dicta, pro probanda illa cumalata, probent, quod probandum fuerat, e. g. dictum Luc. XVII. 6. quippe, quod non de fide justificante, de qua tamen nunc queritur; sed de fide miraculosa agit. Taceo, frustra ab Auctore p. 115. dici, τὸ ἐξείν πιστῶν, hoc in loco idem esse, quod fidem alicui habere; quoniam sic absque prorsus foret verborum sententia. Quid enim hoc sibi velle: *Si habueritis fidem*, h. e. si fidem mihi habeatis, atque assensum mihi præbeatis, sicut granum sinapis. Siccine igitur & granum sinapis Christo fidem & assensum præbet? (2) Præprimis tamen nego propositionem majorem, quippe quæ non una potest infringi instantia. Christus namque in resuscitatione Lazari, Juvenis Naenirici, aliorumque, quos a morte olim excitavit, serio postulavit vitam, actionesque vitales, Joh. XI. 43. Luc. VII. 14. Ergone illis non donavit vitam, aut ipsimet illam a se ipsis habuerunt? Quibus visum auditumque restituit,

stiruit, eos serio hortatus fuit, ut viderent Luc. XIX. 42. ut aures aperirent, Marc. VII. 34; Ergone illis non donavit visum vel auditum? Absit! Ita quoque non sequitur: Deus hortatur hominem ut credat: Ergo homo fidem non a Deo, sed a se ipso habet. Quando enim Deus illam ab homine requirit, illo ipso verbo, quo illam exigit, eam quoque homini æque certo confert, ac Christus olim, dicendo: *Surge a mortuis! recipe visum!* ἰσφασα! *mundare!* &c. verbo hoc vitam, visum auditum, pristinamque corporis sanitatem hominibus restituit.

XIX. Denique (III) ad ultimum Argumentorum Thesi nostræ objectorum genus devenio, quibus nimirum Trillerus sententiam Orthodoxam ἀλογον esse nugantur, eamque absurditatis postular. Id partim similitudine, partim quoque ratione ostendere intendit. Similitudo p. 121. seq. hæc est: Wenn Gott dem Menschen selte den Glauben geben, da er ihn doch von dem Menschen fodert, so käme es eben so heraus, als wenn der Kaysler von seinen Unterthanen mit Recht Echos fodert, und die Unterthanen wolten sagen: Gnädigster Kaysler, wir wollen gerne Echo geben; aber gebet ihr uns erst Echo, ehe können wir ihm nicht geben. Hierüber würde man lachen: Und eben so lächerlich ist jenes auch, daß man meynet, Gott müsse uns den Glauben als eine Gabe schenken, da doch Gott den Glauben von uns fodert. Verum hæc similitudine opinioni Trilleri nihil roboris accedit. Nam (1) respondeo, similia nihil probare, sed rem jam probatam tantum illustrare: Cum vero nihil hætenus solide probatum sit, quis non vider, illustrationem etiam sua sponte cadere? (2) Sciat Antagonista, hoc simile plane esse dissimile: quippe in quo status cælestis, cum statu imperii terrestris male confertur J. h. XVIII. 36. (3) Ab exactione tributii, quæ est opus justitiæ, Matth. XXII. 17, 21. ad exactionem fidei, quæ est opus divinæ gratiæ & misericordiæ, perperam concluditur. Neque enim homini, a quo Deus fidem exigit, orus ali-

quod imponitur; sed beneficium offertur; quod conscientiae onera tollantur, Matth. XI. 28. Non injungitur, hortationibus ad fidem, opus humanum, ab homine ipso peragendum; sed proponitur opus divinum, in homine a Deo perficiendum, & ab homine admittendum. Deus enim non considerandus tunc est, tanquam justus & severus Princeps; sed ut graciosus benefactor, & benignus Pater. (4) Quodsi tamen similitudinibus esset pugnandum, hæc, ni fallor, potiore jure procedere possent: Quem admodum homo dives & liberalis, mendico, manibus pedibusque prorsus claudo, denarium porrigens, non illum solum hortatur, ut oblatam elemosynam accipiat, sed interdum etiam simul manum ejus invalidam efficaciter apprehendere, in eamque oblatum munusculum ponere solet: Ita Deus hominem hortatur, ut credat, & simul vires credendi, quas a natura habet nullas, gratiosissime ei confert: qui proinde, antequam Christum veri fide apprehendat, ab ipso Christo Jesu apprehenditur, Phil. III. 12. Quemadmodum etiam Pater infanti tenerrimo serio injungit, ut, quod ei offert, in manus sumat, simul vero apprehensa ejus manu, illud in hanc indit & ne excutiat, digitos Infantis firmiter comprimit: Ita cælestis Pater tam benignus atque propitius, est in peccatores, ut gratiam iis suam offerens, non tantum ab iis exigit, ut eam credendo recipiant; sed ipsam quoque credendi atque ad eo respiciendi virtutem iis largiatur.

XX. Annon vero causam reprobationis multorum hominum tacite in Deum derivamus, quia fidem salvificam donum Dei esse statuimus? Ita quidem videtur Trillero p. 122. scribenti: Es stießet auch hieraus noch dieses absurdum: Wenn kein Mensch ohne Glauben Gott gefallen kan, Gott aber dem Menschen den Glauben geben muß, so wäre Gott schuld an aller Menschen, die verdammt würden, Verdammuß; weil er ihnen den Glauben nicht geschenkt, da er es hätte thun müssen. Dieses ist greulich von Gott zu gedanken, und noch greulich von ihm

ihm zu sagen. Sed rehero (1) falso asseri, quod Deus ad donationem fidei obligetur; daß er es thun müsse: Hoc enim nemo unquam orthodoxorum Theologorum dixit, aut docuit; sed vero illorum sententia est, quod Deus omnibus ex mera benivolentia & misericordia fidem donare velit, & actu illam omnibus largitur, qui gratiam ejus in Evangelio oblatam malitiose non repudiant. Vid. supra Sect. II. §. V. n. 4. Deinde (2) Consequentiam simpliciter nego. *Neque enim obstat*, (ut loquar cum Hutthero, in Expl. lib. Concord. Art. XI. Membr. I. p. m. 1168.) *quod Fides dicitur esse donum Dei. Nam Deus non ἀπέσπασε, sed ἐπέσπασε, largitur sive donat, & quidem ex mera gratia fidem hominibus: illis nimirum, qui audiunt verbum, illudque in corde bono & recto retinent, ac fructum asserunt in patientia, Luc. XIII. 15. Unde Apostolus affirmat: Fidem esse ex auditu; Auditum autem per Verbum Evangelii, Rom. X. 17. Jam cum plurimi vel plane non, vel oscitanter, vel cum præjudicio audiunt verbum: fit utique ut fidem non concipiant. Fit etiam, ut Evangelium, quod per se & sua natura est odor vitæ ad vitam: & potentia Dei ad salutem omni credenti, 2. Cor. II. 16. Rom. I. 16. tamen vitio & culpa istorum, perverso studio audientium, ac cor securum vel petris & saxis constium, vel spinis & dumetis involutum habentium, accidentaliter & eventualiter multis sit odor mortis ad mortem, uti loquitur Apostolus 2. Cor. II. 16. quod intentione & ordinatione Dei debeat esse organum fidei & salutis.*

CONCLUSIO.

Atque hæc sunt, quæ pro ratione præsentis, instituti, de Domino Fidei Justificantis, commentari nunc placuit. Satis superque demonstratum hætenus esse judico, sententiam quam Trillerus tuetur, a clarissimis sacrarum Literarum testimoniis, ab Ecclesiæ nostræ publicæ atque unanimiter receptis placitis, a venerandæ etiam Antiquitatis suffragiis, apertam facere secessionem; contra

tra autem ad Pelagii ejusque Aseclorum castra propendere. Quemadmodum itaque Deo gratias agimus decentes, pro gratiosa Spiritus S. assistentia: Ita humillimis eum imploramus precibus, ut Novaturientium tandem aliquando coerceat impetum, ne amplius nostram turbent Ecclesiam, neque posthac quoque contra Matrem suam recalcitrent Filii ingratiissimi: e contrario vero in antiqua illa doctrina nos constanter servet, quae ex infallibili Verbo ejus deprompta, Symbolisque Ecclesiae nostrae comprehensa, Templa Scholasque nostras hactenus perfonuit, ut per illam denique a Fide ad claram Dei ipsius Visionem, quam in aeterna speramus beatitudine, perducamur! Serva nos, o caelestis Pater! in veritate: Verbum tuum est veritas.

AMEN!

S. D. G.



94 A 7376

ULB Halle
003 263 55X


3



Reho

VD 17

Mi. 50.



IN GLORIAM DEI!
EXERCITATIO THEOLOGICA

DE

DONO FIDEI IUSTIFICANTIS

AD DICTVM CLASSICVM EPHES. II, v.8.

(Denn aus Gnaden send ihr selig
worden, ꝛc.)

CONTRA

CASPAR. ERNEST. TRILLERVM

QVAM

IUVANTE GRATIA DIVINA

SVB PRAESIDIO

VIRI SVMMME REVERENDI

DN. SAM. SCHELGVIGII

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ATHENAEI RECT.

ET AD S.S. TRINITAT. PASTORIS

GAMALIELIS SVI AETATEM COLENDISSIMI

IN ACROATERIO MAXIMO

PVBLICAE SYZHTHEEI SISTET

JOHANNES Gottfried DRAVE

BELGARDIA - POMERANVS.

RECUSA ANNO MDCCXXXIV.

(5)

